

Scribæ, estis filii Deo Patri inobedientes, quia me Filium ejus unigenitum ab eo missum persequimini; vos pariter estis coloni vineæ, qui me ejus hæredem occiditis; vos denique estis edificantes Synagoga, qui me quasi lapidem ab ea rejicitis, sed Deus me faciet basin et fundamentum Ecclesiæ suæ, qui eam a vobis auferet et transferet ad Gentes, quæ avide me recipient et colent, ideoque gratia et gloria a me donabuntur. Omnes enim hæc Christi parabolæ eo feniunt, ut significant reprobationem Judæorum et electionem Gentium, eo quod Judæi repulerint Christum, quem Gentes acceptarunt. Iste parabolis Christus ita pupugit Scribas, ut eis crucem pararint.

44. ET QUI CEDIDERIT SUPER LAPIDEM ISTUM, CONFRINGETUR; SUPER QUEM VERO CEDIDERIT, CONTERET EUM. — Syrus, *dissipabit eum, q. d.* Qui residerit Christo, eumque persecutus fuerit, uti facitis vos, o Scribæ, frustra id faciet, ac sibi in animo, neque ac in corpore perniciem accerset; ita tamen, ut adhuc per penitentiam reparari et restaurari possit.

SUPER QUEM VERO CEDIDERIT — hic lapis: id est, cui Christus totus gravi sua ultione incubuerit, v. g. damnandis in die judicii (ut vos, o Scribæ, nisi peniteatis, damnabimini), huic nulla superest

spes eum reparandi et restaurandi; sicut si lapis grandis in testam decidat, eam in minutissimo frustra comminuit, ut nullo modo reparari et reintegrari queat. Minatur ergo Christus hæc Scribis æternam et irreparabilem excidit, puta gehennæ incendium. Ita S. Augustinus, lib. *Quest. Evang.*, Quest. XXX; Abulensis, Barradius, Jansenius, Maldonatus et alii. Audi S. Augustinum: « Cadunt super eum, qui modo contentum vel injuriis afficiunt: cadet vero super eos, cum veniet in judicium perditurus, ut sint impii tanquam pulvis, quem projicit ventus. »

45. ET CUM ADISSENT PRINCIPES SACERDOTUM ET VERA PHARISÆI PARABOLAS EJUS, COGNOVERUNT QUOD DE IPSIS DICERET.

46. ET QUÆRENTES EUM TENERE, TIMERUNT TURBAS: QUONIAM SICUT PROPHEIAM EUM HABERANT. — Cognoverunt Scribæ partim ex ipsis psalmi verbis, partim ex dictis et gestibus Christi, hæc ab eo contra se dici; unde frementes et frendentes in eum, volebant eum capere et torquere, sed metuentes turbam, id facere non sunt ausi. Ecce ita paulatim Christus per reprehensiones Scribarum stravit sibi viam ad crucem et mortem: hæc enim post tres dies et intulere Scribæ. Ita impletum est consilium Dei de redimendis hominibus per Christi mortem.

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus, primo, dat parabolam invitatorum ad nuptias, et non habentis in eis vestem nuptialem. Secundo, vers. 15, Phariseis querentibus an liceat censum dare Cæsari, respondet: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; et quæ sunt Dei, Deo. Tertio, vers. 23, Sadducæis negantibus resurrectionem, eandem probat. Quarto, vers. 34, Legisperito roganti quod sit magnum legis mandatum, respondet esse hoc: Diliges Deum ex toto corde tuo. Quinto, vers. 42, querens a Phariseis quomodo David Christum Filium suum vocet Dominum, eorum ex silentio ignorantiam coarguit eisque os obturat.

1. Et respondens Jesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens: 2. Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. 3. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, et nolebant venire. 4. Iterum misit alios servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei et altilia occisa sunt, et omnia parata: venite ad nuptias. 5. Illi autem neglexerunt, et abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam; 6. reliqui vero tenuerunt servos ejus, et contumeliis affectos occiderunt. 7. Rex autem, cum audisset, iratus est; et missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, et civitatem illorum succendit. 8. Tunc ait servis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt; sed qui invitati erant, non fuerunt digni. 9. Itaque ergo ad exitus viarum, et quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias. 10. Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, malos et bonos; et impleta sunt nuptiæ discubentium. 11. Intravit autem rex ut videret discubentes, et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. 12. Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obtulit.

13. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus et pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. 14. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. 15. Tunc abeuntes Pharisei, consilium inierunt ut eaperent eum in sermone. 16. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister, scimus quia verax es, et viam Dei in veritate doces, et non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum; 17. die ergo nobis quid tibi videtur: licet censum dare Cæsari, an non? 18. Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis, hypocritæ? 19. ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. 20. Et ait illis Jesus: Cujus est imago hæc et superscriptio? 21. Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; et quæ sunt Dei, Deo. 22. Et audientes mirati sunt, et relicto eo abierunt. 23. In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem; et interrogaverunt eum, 24. dicentes: Magister, Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater ejus uxorem illius, et suscitet semen fratri suo. 25. Erant autem apud nos septem fratres: et primus, uxore ducta, defunctus est; et non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo. 26. Similiter secundus et tertius usque ad septimum. 27. Novissime autem omnium et mulier defuncta est. 28. In resurrectione ergo cujus erit de septem uxor? omnes enim habuerunt eam. 29. Respondens autem Jesus, ait illis: Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. 30. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cælo. 31. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a Deo dicente vobis: 32. Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium. 33. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina ejus. 34. Pharisei autem audientes quod silentium imposuisset Sadducæis, convenerunt in unum; 35. et interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: 36. Magister, quod est mandatum magnum in lege? 37. Ait illi Jesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. 38. Hoc est maximum et primum mandatum. 39. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. 40. In his duobus mandatis universa lex pendet, et Prophete. 41. Congregatis autem Phariseis, interrogavit eos Jesus, 42. dicens: Quid vobis videtur de Christo? cujus filius est? Dicunt ei: David. 43. Ait illis: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens: 44. Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? 45. Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est? 46. Et nemo poterat ei respondere verbum; neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

1. ET RESPONDENS (pergens respondere Scribis, eorumque incredulitatem confutare) Jesus, dixit iterum in parabolis (per parabolas, parabolice) eis, dicens:

2. SIMILE FACTUM EST REGNUM CÆLORUM HOMINI REGI, QUI FECIT NUPTIAS FILIO SUO. — *q. d.* Similiter agitur in regno cælorum, id est in Ecclesia militante in terris et tendente in cælum, perinde ac si rex faceret nuptias filio suo, etc. Nam alioqui regnum cælorum directe et præcise non est simile homini regi, sed humano regno. Vide Canonem 28. Fusc hæc parabolam pertractat S. Gregorius, hom. 38 in *Evang.*

Parabola regis ad Lucas, cap. XIV, 16. Unde Maldonatus censet hæc esse eandem cum illa; Mattheum enim hic non vidit. servasse ordinem historie. Verius S. Augustinus,

lib. II *De Consensu Evang.*, cap. LXXI; S. Gregorius, S. Thomas, Jansenius et alii censent aliam esse hæc parabolam ab illa Lucæ; vel certe eandem, sed his aliterque repetitam; conferenti enim utramque patet plura in iis esse diversa. Nam, ut alla taceam, Lucas asserit illam a Christo dictam in domo Pharisei, Mattheus vero hic publice in templo, ut patet ex cap. XXI, 23. Rursum Lucas nuptias hæc cenam vocat, Mattheus vero prandium; nisi respondeas cum S. Gregorio, *hom. 38* jam citata, ipsum prandium cenam vocari, quod apud antiquos hora nona, quæ ad vesperam et cenam vergit, prandium fieret.

3. ET MISIT SERVOS SUOS VOCARE INVITATOS AD NUPTIAS, ET NOLEBANT VENIRE.

4. ITERUM MISIT ALIOS SERVOS, DICENS: DICITE INVITATIS: ECCE PRANDIUM MEUM PARAVI, TAURI MEI

ET ALITIA OCCISA SUNT, ET OMNIA PARATA: VENITE AD NUPTIAS.

Vers. 3. 5 ILLI AUTEM NEGLEXERUNT, ET ABIERUNT, ALIUS IN VILLAM SUAM, ALIUS VERO AD NEGOTIATIONEM SUAM.

Vers. 6. 6 RELIQUI VERO TENEBUNT SERVO FJUS, ET CONTUMELIOS AFFECTOS OCCIDERUNT.

Vers. 7. 7. REX AUTEM . CUM ADUISSET, IRATUS EST; ET MISSIS EXERCITIBUS SUIS, PERDIDIT HOMICIDAS ILLOS.

Pro « nuptias, » Syrus vertit semper, *convivium*, scilicet nuptiale, nimirum prandium, ut explicat vers. 4. Pro « negotiationem, » Syrus vertit, *mercaturam*; pro « iratus est, » *accendit*; pro « veste nuptiali, » vertit, *vestem convivalem*.

Tota parabola sic est explicanda et applicanda. *Primo*, homo rex est Deus Pater; filius regis sponsus est Filius Dei incarnatus, puta Jesus Christus, cujus sponsa est Ecclesia; utriusque nuptie inchoate sunt in Christi incarnatione: in ea enim Christus humanam naturam sibi hypostatice, et per eam Ecclesiam, id est ceteros homines fideles, quasi sponsam mystice sibi despondit per gratiam; sed in caelo haec nuptie consummabuntur per gloriam. Ita Origenes, S. Hilarius, S. Hieronymus, S. Gregorius et alii. Unde topologicus Origenes: « Nuptias, ait, intellige conjunctionem Christi cum anima; partum vero et proles, bona opera. »

Secundo, Deus Pater Christo fecit nuptias, id est nuptiale convivium, cum in Judaea totoque mundo per Christum proposuit mensam Evangelicam doctrinae et Sacramentorum, praesertim Eucharistiae. Ita Origenes, Euthymius, Auctor *Imperfecti*.

Tertio, ad has nuptias a Deo primo per Moysen et Prophetas, quasi Dei servos invitati fuere Judaei, tum ante, tum post incarnationem Christi, ut eam futuram vel jam factam crederent, itaque in Christum sperantes, poenitentes et supplicantes ab eo gratiam, justitiam et salutem consequerentur. Ita S. Hieronymus, Gregorius, Origenes, Theophylactus.

Quarto, tauri et altilia in genere tantum significant convivium opipare esse apparatus, quae dogmatum Evangelii magnitudinem significant, ait S. Hieronymus, aequae ac Sacramentorum, ac praesertim Eucharistiae.

Porro, « altilia » non sunt aves, id est volucres et aves, sed tauri, vituli caeteraque animalia quae saginantur ut pinguescant, dicta sunt altilia ab alendo, quasi altilia vel alia, ait S. Gregorius. Graece enim est *αἰτία*, id est altilia, saginata, uti vituli, oves et boves lacte et rapis saginantur, ut impinguentur: *αἰτία* enim est alo, nutritio, pasco; et *αἰτία* est sagino et frugibus pinguefacio. Unde Arabicus vertit: *Et vituli mei saginati jam occisi sunt*; Graece *αἰτία*, id est immolati sunt. Olim enim (uti etiamnum) nuptias a sacrificio auspiciabatur, ac nuptialia con-

vivium epulis victimisque in sacrificio mactatis et immolatis agebantur. Sic et nuptiale Christi convivium, quod hic parabolice describitur, a sacrificio crucis sumpsit initium.

Symbolice: S. Gregorius per tauros accipit Patres veteris Testamenti, qui ex permissione legis inimicos suos virtutis corporee cornu feriunt, *q. d.* Patrum mores aspiciat, et remedia vite vestrae cogitate. Altilia vero sunt, inquit, Palas novi Testamenti, a terrenis ad sublimia contemplatione sublevati. Chrysostomus autem: « Altilia, ait, sunt Prophetae; tauri, qui Prophetae fuerunt et sacerdotes: ut enim tauri gregis duces, ita sacerdotes principes populi. » S. Hilarius insuper: « Tauri, ait, sunt Martyres, qui tanquam hostie immolati; altilia, homines spiritales tanquam caelesti pane saginati. » Denique Origenes: « Prandium, ait, est Dei eloquium; quae fortia sunt, tauri; quae suavia, saginata vocantur. »

Quinto, ager et villa, in quem abiere invitati, negligentes invitationem, significant bona temporalia, quae Judaeos a fide et lege Christi bonisque caelestibus ab eo promissis avocant, ideoque ipsi Dei servos, id est Apostolos primosque fideles, imo ipsum Christum occiderunt. Quocirca Deus misit Titum et Vespasianum, qui Judaeos quasi homicidas perdidit et occidit, ac civitatem, id est metropolim eorum, puta Jerusalem cum templo Salomonis, quod erat orbis miraculum, succendit. Ita S. Chrysostomus, S. Hieronymus, Euthymius et alii.

Alludit Christus in hac convivii sui parabola ad *Isaia* cap. xlv, vers. 6: « Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc, convivium pinguium, convivium vindemiae, pinguium medullatorum, vindemiae defecatae; » et ad cap. xxx, 23: « Et panis frugum terrae erit uberrimus et pinguis: pascetur in possessione tua in die illo agnus spatiosus; et tauri et pulli asinorum, qui operantur terram, commistum migma comedent. » Vide utrobique dicta. Hinc discit Christum in Ecclesia jugiter nobis apponere opiparum spirituale convivium sacrae doctrinae et gratiae, multipliciter conditum sacris lectionibus, concionibus, exhortationibus, ac innumeris Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum in omni virtutum genere exemplis, crebra oratione, meditatione et Sacramentorum, praesertim Eucharistiae (quae « instrumentum est electorum, et vinum germanas virginum, » ut ait Zacharias, *lx, l, i*) sumptione frequenti; S. Missae sacrificii, cum tanto SS. ministrorum, altariorum, templorum ornatu, ac musicorum et organorum caelesti quasi harmonia, celebratione, et aliis plurimis quae mentem fidelium spiritualibus delictis pascunt, oblectant, inebriant, ut Christianis nuptiis non aliud sit quam iugis festum et epulum) juxta illud *Isaia, lxxvi, 23*: « Et erit mensis ex mense (festum neomeniae continuam), et sabbatum ex sabbato. »

Opiparum spirituale convivium conditum sacris lectionibus, concionibus, exhortationibus, ac innumeris Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum in omni virtutum genere exemplis, crebra oratione, meditatione et Sacramentorum, praesertim Eucharistiae (quae « instrumentum est electorum, et vinum germanas virginum, » ut ait Zacharias, *lx, l, i*) sumptione frequenti; S. Missae sacrificii, cum tanto SS. ministrorum, altariorum, templorum ornatu, ac musicorum et organorum caelesti quasi harmonia, celebratione, et aliis plurimis quae mentem fidelium spiritualibus delictis pascunt, oblectant, inebriant, ut Christianis nuptiis non aliud sit quam iugis festum et epulum) juxta illud *Isaia, lxxvi, 23*: « Et erit mensis ex mense (festum neomeniae continuam), et sabbatum ex sabbato. »

Denique Christus ipse jam incarnatus, perenne est fidelium pabulum et gaudium: Ipse enim per incarnationem non tantum omnia gratia sua dona, sed et totum seipsum quantum quantum est, adeoque suam deitatem realiter illis communicat, imo gustandam, comedendam fruedamque exhibet, juxta illud, *Joan. vi, 51*: « Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi: si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. » Haec de causa Isaias, delicias et felicitatem Ecclesiae novae ex Christo incarnato obvaturam praenuntiatis, passim exultat et jubilat, omnesque Christianos ad jugiter exultandum et jubilandum invitat, ut patet cap. ii, vii, xxx, xxxv, lx, lxxi, lxxii et seq. Videat ergo Christianus, praesertim Sacerdos et Religiosus, ut hisce epulis mentem pascat et satiet, ac in sanctitate et justitia serviens Christo, perpetim cum eo dissuavians vitam agat jucundam, letam, beatam, ac felicitatem perennem hic inchoat et prelibet, quam mox perficiet et consummabit in caelo. Hinc pariter discat, quam insipientes sint illi qui hisce epulis caelestibus praeferrunt terrenos agros et villas, hoc est porcorum siliquas, regum delicias.

8. TUNC AUT SERVUS SUIS: NUPTIAE QUIDEM PARATAE SUNT, SED QUI INVITATI ERANT, NON FUERUNT DIGNI. — Est haec altera et posterior pars parabola invitatorum. « Tunc, » scilicet cum invitati, puta Judaei, nolent venire ad mensam nuptialem Evangelicam doctrinae Christi, eo quod illa « non fuerunt digni, » quia scilicet illam contemnendo, eadem se fecerunt omnino indignos: « ait » rex, scilicet Deus, « servis suis, » puta Apostolis.

9. ITE ERGO AD EXITUS VIARUM, ET QUOSCUQUE INVENERITIS, VOCATE AD NUPTIAS. — Pro « exitus viarum, » Arabicus *strata viarum* vertit. Graece est, *δὲξαι, ἴδω, id est decursus, digressus, transitus, exitus, permeationes viarum, q. d.* Perambulatae et percurrite omnes vias omnesque viarum flexus, angulos, fines et terminos; nullus sit angulus, nullus finis viarum, quem non permeetis, hoc est, omnes mundi vias, o Apostoli, perambulate, totum orbem, omnesque Gentium regiones obite, ut his evangelizetis Christi fidem et gratiam, ad eamque omnes omnino gentes et homines vocetis. Jubeat enim Apostolis, ut ab invitalis, id est Judaei, Evangelium transferant ad omnes Gentes; unde subdit:

10. ET EGRESSI SERVI (Apostoli) EJUS IN VIAS. — Idem ergo sunt « exitus viarum » quod « viae, » sive ductus et flexus viarum. Sic Aristoteles, lib. *De Mundo, dicitur, ἰσχυρῶς* vocat cursus lunae ceterarumque stellarum errantium permeationes, errores, gyros et flexus. Jubeat ergo Christus Apostolis, ut omnes gentes et regiones, adeoque ultimos terrae fines adeant, usque Christum evangelizent; juxta illud: « In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum, » *Psalm. xviii*. Mystice: servi sunt angeli prepositi Gentium conversioni, ait Origenes.

Symbolice: « Viae » primo, sunt errores varii et contrarii, sectaeque Gentium, quos dispulerunt Apostoli. Ita Remigius. *Secundo*, S. Chrysostomus « Viae, inquit, sunt variae professiones hominum in mundo, ut Philosophiae, militiae, etc. Jubeat ergo cujuscumque conditionis homines invitari ad fidem. » *Tertio*: « Via, ait S. Hilarius, est tempus saeculi; jubentur ergo ire ad exitus, quia omnibus retroacta donantur. » *Quarto*, S. Gregorius: « Viae, ait, sunt actiones; exitus, defectus; plerumque enim facile conveniunt, quibus prospere non succedit. »

CONGREGAVERUNT OMNES QUOS INVENIUNT, BONOS ET MALOS. — Hoc est emblemata parabola, tantumque significat universim omnes homines, sine discrimine, vocatos esse ad fidem Christi.

ET IMPLETA EST ECCLESIA OMNIUM GENTIUM ET FIDELIUM NUMERO ET COPIA.

INTRAVIT AUTEM REX UT VIDERET DISCUMBENTES, — eosque instraret et examinaret. Hoc fiet, cum Deus veniet ad judicium universale in fine mundi, ut omnes examinet, judicet, praemiet vel puniat, beet vel condemnat. Ita Origenes, S. Chrysostomus et alii.

ET VIDIT IBI HOMINEM NON VESTITUM VESTE NUPTIALI. — Arabicus, *veste nuptiarum*; Syrus, *veste conviviali*. Vestis nuptialis, id est munda, profusa et splendida, non est fides, ut volunt haeretici; omnes enim in hoc Ecclesiae convivio habebant fidem, imo non nisi per fidem in illud ingredi poterant; ergo vestis haec est charitas morumque probitas et sanctitas: via enim pura et sancta est instar vestis munda et cycladis splendidae, ex virtutibus et bonis operibus contextae, quae mire hominem exornat. Ita S. Hieronymus, Hilarius, Chrysostomus, Tertullianus et alii. Unde S. Gregorius non habentem vestem nuptialem explicat fidem habentem, non opera charitatis, per quam Dominus ad sociandae sibi Ecclesiae nuptias venit. S. Augustinus vero, lib. *II Contra Faust.* cap. xix, explicat suam, non Domini gloriam querentem. S. Hilarius autem: « Vestis nuptialis, ait, est gratia Spiritus Sancti, et eandem habitus caelestis, qui bona interrogatione confessionis susceptus, usque in coelestem caelum immaculatus est reservandus. » S. Hieronymus denique ait: « Opera quae complentur ex lege et Evangelio, novi hominis efficiunt vestimentum (1). »

Porro, plures in die judicii a Christo reperientur fideles, carentes haec veste charitate et sanctitate; unus tamen dantur nominatur, tum quia obi-

(1) In Oriente, si quem voluit reges honorare aut ad mensam suam admittere, ad illum praemittunt vestes splendidas, mox turpi habitu in conspectu suo apparat. Igitur invitatus ille, turpi veste indutus, Regem graviter offendit, quippe qui illius dona quasi contemptim abiecit. Ita Deus, rex caeli et terre, animam in baptismo donat splendidam vestem, immaculatam scilicet justitiamque, quam immaculatam, aut saltem poenitentia ablutam servare debemus, ut officio nuptiae caelestis ea induti admittamur. Ita Allioni in h. l.

ter hoc tantum et quasi *πατὴρ*: additur. Scopus enim Christi proprius et directus est, hac parabola uti et precedentibus tantum significare, reprobatis Judæis incredulis vocandas ad Christum esse Gentes, tum quia hic unus omnes illi similes significat, hic enim unus est instar omnium, sive exemplar et speculum cunctorum impiorum; tum denique ut significet, ne unum quidem impium in die iudicii latere posse, vel impune abiturum.

12. ET AIT ILLI: AMICE (SYRUS, *socii mei*), QUOMODO HUC INTRASTI, NON HABENS VESTEM NUPCIALEM? — Vox « amice » significat Deum hæc impiis dicturum, non ex odio et studio condemnationis, sed amice ex zelo justitiæ. Addit S. Hieronymus: Amicum vocat, quia invitatus fuit ad nuptias, ideoque cum impudentiæ arguit, quod amice invitatus ad nuptias, rustice venerit sine veste nuptiali. Unde S. Gregorius, *hom. 38*: « Mirandum est, inquit, quod hunc et amicum vocat et reprobat, ac si apertius dicat: Amice, et non amice, amice per fidem, sed non amice per operationem. »

AT ILLE CENŒUIT. — Quia ibi locus negandi non est, ait S. Hieronymus: nam Deus ibi « illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium; » juxta illud: « Scrutabor Jerusalem in lucernis, » *Sophon. i. 12*. Unde S. Gregorius, *hom. 38 in Evang.*: « Obmutuit, inquit, quia in illa districtione ultimæ increpationis omne argumentum cessat excusationis, quippe quia ille foris increpat, qui testis conscientie intus animam accusat. »

13. TUNC DIXIT REX MINISTRIS. — Angelis suis, ut patet *Matth. xiii, 39*; unde Daniel de his, *cap. vii*, ait: « Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei. »

LIGATIS MANIBUS ET PEDIBUS EJUS. — Est emblemata significans damnatos non posse resistere Dei sententiæ et ultioni, nec quidquam boni deinceps posse facere, perinde ac si manus et pedes, imo os et mentem, iudicium et voluntatem, haberent colligata. Nam, ut ait S. Augustinus, *lib. XI De Trinit.*, « pravarum voluntatum implicatio est vinculum. » Et S. Gregorius, *homil. 38*: « Tunc, ait, ligat poena quos modo a bonis operibus ligavit culpa, etc.; qui ergo nunc sponte ligantur in vitio, tunc in supplicio ligantur invite. » Glossa vero: « Singula, ait, membra poenis subjiciuntur, quæ hic singulis servitilis servierunt. »

MITTITE EUM IN TENEBRAS EXTERIORES: IBI ERIT FLETUS ET STRIDOR DENTIUM. — qui (dentes) de edacitate gavisi sunt, ait Glossa Interlinearis ex S. Gregorio. De his dixi *cap. viii, 12*. Apposite S. Gregorius: « Interiores tenebræ, ait, sunt cæcitas cordis; exteriores tenebræ, æternæ damnationis nox (1). »

(1) Cum apud Orientales nuptiæ, seu convivia noctu celebrarentur, foras expulsus in tenebris missus est, ubi opprobrium delens, ira vel frigore fremebat dentibus.

14. MULTI ENIM SUNT VOCATI, PAUCI VERO ELECTI. — Quia rejei sunt omnes primi qui invitati venire noluerunt, puta omnes Judæi Christo increduli, quo proprie spectat hæc parabola, uti et precedentibus *cap. xx et xxi*. Ad hæc rejei sunt unus ille ex his qui vocati venerunt, sed intravit non habens vestem nuptialem, qui omnes fideles impios representat. Quia enim Christus proprie hic illos significare non intendebat, hinc sufficit ei per unum hunc obiter inticare, non omnes qui venerunt, sive qui Christo crederent, fore salvandos, sed eos duntaxat qui fidem veste nuptiali, id est charitate sanctisque operibus ornarint, cæteros vero rejciendos. Ita Glossa, Maldonatus et alii. Hæc Christi sententia magnum cuique injicere debet timorem; nemo enim scit an electus sit an reprobatus. Satagere ergo quicquid debet, ut per bona opera certam suam electionem et vocationem faciat, uti monet S. Petrus.

Exemplum dat S. Gregorius hic, *hom. 38*, tres amitas suas, quarum prima, scilicet Tharsilla, cum in sancta virginitate egisset, a S. Felice Pontifice avo suo jam beato in cœlum evocata est, cum ei diceret: « Veni, quia in hac te lucis mansionem suscipio. » Unde illa sursum respiciens, Jesumque videns, clamansque: « Recedite, recedite, Jesus venit, » spiritum ei tradidit æterna vitam beandum. Secunda vero Amiliana, a sorore sua Tharsilla in cœlum ad festum Epiphaniæ evocata, cum illa de tertia sorore Gordiana sollicita replicaret: « Et si sola venio, Gordiana qui dimitto? » ab ea tristi vultu audivit: « Veni, Gordiana enim inter laicas deputata est: » quæ proinde modo oblita virginalis suæ consecrationis, honoris et pudoris, villicum suum accepit in maritum. Addit alterum exemplum monachi, qui irreligiose vixerat, ac moriens draconis ad devorandum traditus fuit; sed precibus fratrum liberatus, conversus dignam egit poenitentiam, ideoque inter electos recenseri meruit.

15. TUNC ABEUNTES PHARISÆI, CONSILIUM INERUNT, UT CAPERENT EUM IN SERMONE. — Pro « caperent, » Græcè est *παρρησιάζομαι*, id est *illoquerent*; *παρρησιάζομαι* enim sunt laquei; Syrus vertit, *accuperentur*. Sicut enim aucupes capiunt aves laqueo, sic vafri capiunt simplices captiosa questione, *q. d.* Quæsierunt Pharisei captiosas questiones, quas proponerent Christo, ut quicquid responderet reprehensionem incurreret, itaque sua responsione se quasi illaquearet, eaque capi et redargui posset, ac reus lese majestatis vel humane vel divinæ perageretur: « Discipuli complexionem insidiantes, ait S. Augustinus, *lib. I Contra Crescon.*, *cap. xvii*, ut quodlibet eligens caperetur. Si licere responderet, tanquam reus esset adversus populum Dei; si autem diceret non licere, tanquam Cæsaris adversarius perimeretur. »

16. ET MITTUNT EI DISCIPULOS SUOS CUM HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

17. HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

HERODIANDIANIS, DICENTES: MAGISTER, SCINUS QUIA VERAX

tus autem et Apostoli erant Galilaei (Christus enim conceptus et educatus est in Nazareth: unde Nazarenus et Galileus est cognominatus), ideoque dogmatis et erroris Judae Galilaei, quasi civis sui, a Judaeis herere insinulati, atque hae de causa ipsi errorem hunc saepe a se amoliti sunt et confuturati, uti dixi *Actor. v, 37*. Audi S. Hieronymum in cap. iii *ad Titum*, vers. 1: « Hoc praeceptum, inquit, propterea puto ab Apostolo editum, quia Judae Galilaei per illud tempus dogma adhuc vige-
 bat, et habebat plurimos sectatores, qui inter caetera hoc quasi probabile proferrebant, ex lege nihil debere dominum, nisi solum Deum, vocari, et eos qui ad templum decimas deferrent, Caesari tributa non reddere. Quae heresis in tantum creverat, ut etiam Phariseorum et multam partem populi conturbaret, ita ut ad Dominum quoque nostrum referretur haec questio: Licet Caesari dare tributum, an non? Quibus Dominus prudenter cauteque respondens, ait: Reddite quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo. Cui responsio S. Paulus congruens docet, principibus et potestatibus credentes debere esse subiectos. »

18. COGNITA AUTEM JESUS NEQUITIA (Graece *ἐπιγινώσκων*, id est malitia, qua fraudulenta simulatione volebant eum Romanis necandum obicere) FORUM, AIT: QUID ME TENTATIS, HYPOCRITE? — Simulatis enim vos amicos et religionis ac bonae conscientiae studiosos, ut sciatis quid recte et juste ex lege Dei in hoc casu agere debeatis, cum sitis inimici mei aequae ac Dei, et meum sanguinem sitatis eumque fraudulenter et dolose mihi torquere satagatis. « Prima, ait S. Hieronymus, virtus respondentis est cognoscere interrogantis mentem, » illique responsonem accommodare. Hi enim Pharisei et Herodiani quasi hypocrite, « blandiuntur, ait Auctor *Imperfecti*, ut perdant; » Christus vero eos increpat, ut salvet: « Ullior enim est Deus iratus, quam homo propitius. »

19. OSTENDITE MIHI NUMISMA CENSUS (g. d. Ostendite mihi nummum, quem pro censu et tributo Caesar a singulis capitibus exigit. Unde Syrus pro censu vertit, *argenti capitis*; Arabicus, *ostendite mihi figuram denarii*). AT ILLI OBTULERUNT EI DENARIUM. — Dices: Ex cap. xvii, 17, liquet Judaeos pro censu solvisse didrachmum, sive dimidium sicii: denarius autem Romanus, unius duntaxat erat drachmae, eraque id quod nunc est Julius Romanus, vel regalis Hispanicus, qui Romae decem baiecos, Antuerpiae quinque stuferos valet; quare denarius erat dimidia pars didrachmi, et quarta pars sicii: siclus enim valebat quatuor Julios. Respondeo didrachmum commo-
 ditatis causa fuisse divisum in duos denarios, ac singulos pro censu solvisse duos denarios, hoc est didrachmum: ita Jansenius, Maldonatus et alii; nisi malis denarium hunc fuisse duplicem, ideoque fuisse didrachmum, sicut duplicem regalem 10 stufidorum vocamus etiam regalem-

Ver. 18.
 Luc. xi.
 24; Mar.
 xii, 18.

An denarius pro censu solvisse didrachmum, sive dimidium sicii: denarius autem Romanus, unius duntaxat erat drachmae, eraque id quod nunc est Julius Romanus, vel regalis Hispanicus, qui Romae decem baiecos, Antuerpiae quinque stuferos valet; quare denarius erat dimidia pars didrachmi, et quarta pars sicii: siclus enim valebat quatuor Julios. Respondeo didrachmum commo-

Denique videtur Tiberius, uti et caeteri Imperatores, ejus pretii denarium cudi jussisse, quoniam vellet sibi a Judaeis in censum dari, quia, ut ex Lampridio docet Baronius, solebant Romani cadere numismata eo pretio et pondere, quo illa sibi volebant in tributum pendere, quod pro ratione temporum et necessitatum mutabatur, et aliquando erat majus, aliquando minus.

20. ET AIT ILLIS JESUS: CUPIS EST IMAGO HEC ET SUPERSCRIPTIO? — Graece *ἐπιγραφή*, quod interpretes in Marco vertit, « inscriptio. » Solent enim nummi insigniri tam nomine quam imagine vel effigie principis, qui eos cudit. Unde Arabicus vertit. *Cujus est figura haec et inscriptio?*

21. DICUNT EI, CAESARIS — Tiberii, qui tunc imperabat. Sciebat jam ante id Christus, sed interrogat, ut ex ore eorum eliciat responsum, quod in eos inorqueat illosque convincat. Caesaris cognomen primo datum est Julio Caesari, a quo adsequentes Imperatores transit. Audi S. Isidorum, lib. IX *Etymol.*, cap. iii: « Caesarum nomen a Julio cepit, qui bello civili commoto, primus Romanorum singularem obtinuit principatum. Caesar autem dictus, quod ceno maritum suae mortuae utero, prolatus educatusque fuerit; vel quod cum caesari natus sit, a quo et Imperatores sequentes Caesares dicti, eo quod comati essent. » Servius vero et Spartianus, et ex his Carolus Sigonius, lib. *De Nomin. Rom.*: « Caesar, inquit, dictus ab elephantum primum ceno: nam lingua punica Caesar elephas dicebatur; quare in quibusdam argenteis nummis apud me videre est, ab altera parte elephantem cum hac inscriptione: CAESAR, ab altera autem instrumenta quibus elephantos Romani perimebant. »

TUNC AIT ILLIS: REDDITE ERGO QUE SUNT CAESARI, CAESARI; ET QUE SUNT DEI, DEO. — g. d. Quandoquidem vos, o Judaei, jam Caesari subiecti sitis, ideoque ejus moneta passim utamini, alioqui ea non usuri, cum a Gentium ritibus et symbolis prorsus abhorreatis, cumque Caesar non nisi temporalia, scilicet denarium sua effigie et nomine inscriptum, quasi suam a vobis sibi deponcat; non tam date, quam « reddite » ei denarium suum pro censu; spiritalia vero, scilicet cultum et pietatem, date Deo, haec enim jure suo Deus sibi exigit: ita fiet, ut nec Deum, nec Caesarem offendatis.

Nota Christum nolle hic disputare, an Judaei juste Romanis sint subditi factique vectigales et tributarii, an vero injuste et tyrannice. Accipens enim haec erat questio. Prima enim facie negativa pars, scilicet quod non juste, videtur verior. Pompeius enim, qui primo Judaeam Romanis subjecit factique vectigalem, vocatus fuit duntaxat ab Hyrcano et Aristobulo fratribus (nepotibus Simonis pontificis, qui fuit frater Judae Machabei) de principatu et pontificatu Judaeae inter se contendentibus, ut litem inter eos dirimeret: quo jure ergo, iis exclusis, principatum Judaeae ab eis

Pompeius hic resolu-
 nam ce-
 pit, nam-
 que cum
 Julia
 Romanis
 subjecit.

ad Romanos transtulit? Hoc enim est jus Turcicum, nam Turca vocatus in auxilium a Christianis principibus inter se dissidentibus, utrumque occupat et subjugat. Penitus tamen rem gestam inspicienti, affirmativa pars probabitur, scilicet Pompeium et Romanos jure justè belli occupasse Judaeam. Cum enim Pompeius litem adjudicasset Hyrcano, idque postea, utpote seniori, ideoque Judaeae principatum cum pontificatu illi assignasset; Aristobulus frater ejus junior, ut utrumque dolo et vi occuparet, Hierosolymam Judaeae metropolim iniecit, suisque associis et militibus implevit, qui Hyrcano et Pompeio restiterunt. Quare Pompeius vi urbem expugnavit eamque Hyrcano consentiente Romanis subjecit. Hyrcanus enim solus eam tueri et retinere nequisset, unde se suaque tradidit Pompeio. Accessit deinde consensus seniorum et posteriorum Judaeorum, qui malebant Romanis subesse quam Hyrcano et Aristobulo. Videbant enim sine Romanis republicam Judaeorum abitura in schismata et seditiones, cum et hi fratres inter se summe dissident et cives ab utroque, uti narrat Josephus, lib. *Antiquit.*, cap. v et sequent. Unde S. Hieronymus: « Et erat, inquit, in populo magna seditio, dicentibus illis pro securitate et quiete, quia Romani pro omnibus militarunt, debere tributa persolvi; Phariseis vero, qui sibi applaudebant in justitia, e contrario nihilibus, non debere populam Dei (cui decimas solveret et primitias daret, et caetera quae in lego scripta sunt) humanis legibus subjacere. »

Denique Romanis favebat praescriptio: jam enim ipsi ab annis fore centum pacifice et bona fide, populo Judaeorum tacente taciteque consentiente, possederant Judaeam; quare praescriptio haec videbantur juste occupare dominium Judaeae. Rursum, in dubio melior est conditio possidentis: unde in dubio nemo possessione sua privandus est. Quare Phariseis, si Romanos hac possessione privare volebant, incumbat onus probandi et evincendi ipsos injuste occupasse Judaeam esseque mala fidei possessores. Quod cum facere non possent, Romani suam possessionem juste retinebant: accusatore enim non probante crimen, reus absolvitur: auctori enim incumbit probatio criminis; reo sufficit, si crimen neget. Actores autem hic erant Pharisei, rei vero Romani, quos Pharisei possessione sua depellere volebant. Christus ergo hoc dominium Romanorum in Judaeam et tributum eis impositum hic non vult examinare, an justum sit, an injustum; sed praesupponit factum in se quasi justum, utpote tot titulis jam dictis roboratum et confirmatum: quia Pharisei in questione hac census Romanis dandi, suae immunitati ab hoc censu non praetendebant justitiam, sed religionem et pietatem, scilicet non licere nec decere, ut populus Dei (qualis erant soli Judaei) Caesari gentili et idololatrae subiti pendatque tributum.

Unde in sua questione, quam Christo proponant, non dicant: An obligauerim dare censum Caesari? sed « licet censum dare Caesari, an non? » g. d. Nobis videtur id non licere, quia hoc videtur cedere in Dei contemptum, Judaeorum dedecus, et religionis fideique injuriam. Ita ipsi; sed Christus respondet contrarium, scilicet non esse Deo et fidei injuriam, nec gentis fidei vilipendium, si populus Dei subit gentili Caesari, ipsoque Judaeis commode, utiliter et honeste possam tam Deo, quam gentili principi subesse et obsequi, si euique reddant quod debent; idque prudenter facturos, ne vel Deum vel Caesarem contra se concitent, ut gentem totam quasi sibi rebellem evertat, uti paulo post ob eandem causam fecere Titus et Vespasianus Romani imperatores; praestat enim nummum dare, quam vitam et omnia perdere.

REDDITE ERGO QUE SUNT CAESARI, CAESARI; ET QUE SUNT DEI, DEO. — g. d. Caesari date didrachma, quod jure suo pro censu a vobis exigit ad sustinenda republicae onera, ac praesertim ad alendos milites, qui vos ab incursum hostium teneant; Deo vero date didrachma, decimas, oblationes et victimas, ait S. Hieronymus. Levitico praescriptas, quas ipse supremum dominum iure a vobis, quasi creataris et fidelibus suis sibi deponcit. « Nec enim ex eo quod reddidit quis Caesari quae Caesaris sunt, impeditur reddere Deo quae Dei sunt, » ait Origenes. Alia enim sunt jura Caesaris, alia Dei, sed sibi notitiam adversa vel contraria: nec enim politia adversatur religioni, nec vicissim religio politicae. Quare cum Tiberius Caesar apud vos renet, vosque illi sitis subditi, ut patet ex eo quod ipse apud vos habeat jus cudendi monetam, imo jus cudendi numisma census, puta denarium eo pretio et pondere quo ipsi visum fuerit: ideoque vos, et monetam et numisma census a Tiberio Caesare quasi principa vestro recipientes, hoc ipso profitemini vos ipsi esse subditos et vectigales, ideoque eidem debere pendere numisma census ab eo censum et indicium. « Quod ore locutus est Christus, ait S. Bernardus, *epist. 42*, opere implere curavit. Conditor Caesaris non circumspectus est Caesari reddere censum, » *Matth. xvii, 26*. Audi Tertullianum, lib. *De Idololatria*, cap. xv: « Reddite quae sunt Caesari, Caesari; et quae sunt Dei, Deo, id est imaginem Caesaris Caesari, quae est in numme, et imaginem Dei Deo, quae in homine est, ut Caesari quidem pecuniam reddas, Deo temetipsum. » Et S. Chrysostomus: « Tu autem cum audis reddenda esse Caesari quae sua sunt, illa solum dicit non dubita, quae pietati et religioni nihil officunt; nam quod fidei ac virtuti obest, non Caesari, sed diaboli tributum et vectigal est. » Et S. Hilarius: « Si enim nihil quod Caesari est, penes nos residerit, conditio reddendi et quae sua sunt, non tenebimur. Porro addemus, si rebus illius incubamus, si jure potestatis suae utimur, extra querelam injuria

est reddiheri Casari quod Cesaris est. » *g. d.* Si vultis esse immunes tributo, renuntiate omnibus que possidetis, uti ego feci et Apostoli, ubi enim nihil est, ibi nihil juris habet Casar: si autem vestra retinere vultis, ac inter ea numismata a Casare cusa, et vobis quasi subditis ab eo indicta ad sustinenda reipublice onera, tunc omni iure æquum est, ut illa quasi sua illi reddatis.

Politice: Christus hic tacite monet Casares et principes, ut suis contenti, Dei et Ecclesie negotiis sese non ingerant. Sapienter et pie Constantinus Magnus Imperator, teste Eusebio in ejus Vita, lib. IV. cap. XXIV, ad Ecclesie Præsules: « Vos, ait, intra Ecclesiam Episcopi, ego extra Ecclesiam Episcopus constitutus sum a Deo. » Et Valentinianus senior: « Mihi, ait, qui unus e numero laicorum sum, non licet me ejusmodi negotiis interponere. » Ejus vero filius Valentinianus junior, cum matris Justine a iana impulsu Ecclesiam pro Ariano posceret a S. Ambrosio (ut ipse refert, epistol. 33 ad Marcellinam sororem), ab eo audit: Noli te gravare, Imperator, ut putes te in ea, que divina sunt, imperiale jus habere. Noli te extollere, sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus; scriptum est: Quæ Dei Deo, que Cesaris Casari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem Ecclesie: tibi munus jus concessum est, non sacrorum. » Et Hosius Cordubensis ad Constantium Imperatorem Ariarium: « Ne te, inquit, immisceas ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere præcipe, sed potius ea a nobis discite. Tibi Deus imperium commisit, nobis que sunt Ecclesie concedidit. » Theodosius junior, epistol. ad Concilium Ephesinum: « Nefas est, inquit, qui SS. Episcoporum catalogo adscriptus non est, eorum ecclesiasticis negotiis et consultationibus se immiscere. »

Moraliter: docet nos hic Christus prudentiam, ut apud captivos ita sapienter loquamur et sermonem temperemus, ut neutram partem offendamus; sed inter duas aquas natemus, ac inter Scyllam et Charybidem enatemus.

Tropologice S. Hilarius: « Deo etiam ea que Dei sunt, reddere nos oportet, id est corpus et animam et voluntatem, numisma autem Cesaris in auro est, in quo est ejus imago depicta; Dei autem numisma homo est, in quo est Dei imago figurata; inde divitiarum vestras date Casari, Deo autem innocentie vestre conscientiam servate. » Sic et Origenes: « Deo, ait, reddenda sunt que virtutis sunt, Casari que politie et census. » Et S. Augustinus, lib. I. Contra epistol. Parmen., cap. VII: « Deo, ait, reddendum est christianus amor, regibus humanus timor. » S. Bernardus vel quisquis est auctor, lib. De Passione Domini, cap. III: « Reddite, ait, Casari denarium, Cesaris habentem imaginem; reddite Deo animam, quam ad imaginem et similitudinem suam creavit, et iusti fueritis. » Vide S. Bernardum, tract. De Quadruplici debito, que Deo obstringimur.

Symbolice: Auctor serm. ad Fratres in eremo, apud S. Augustinum, tomo X, serm. 7: « Tunc, ait, reddimus ea que sunt Cesaris Casari, cum Sanctis impendimus dulum eis debiam, et que sunt Dei Deo, cum Deo tribuimus latram illi soli propriam. »

Denique S. Augustinus in Sententiis, sentent. 45, hæc recte applicat votis et votivibus: « Quisquis, ait, bene cogitat que voveat Deo, et que vovendo persolvat, seipsum voveat et reddat. Hoc exigitur, hoc debetur. Imago Cesaris reddatur Casari, imago Dei reddatur Deo. » Id jubet Psaltes dicens: « Vovete et reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu ejus afferitis munera, » Psal. LXXV, 42.

22. ET AUDIENTES MIRATI SUNT, ET RELICTO EO, ABIERUNT. — Mirati sunt sapientiam et dexteritatem Christi, qua e laqueo hoc, qui Phariseis videbatur inevitabilis et inextricabilis, tam facile se extricavit, illumque in Phariseorum sibi insidiantium collum retorsit eoque ipso se captantes constrinxit, juxta illud Psal. IX, 16: « Laqueo illo quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. » Pharisei enim et negabant censum Cesaris et cultum Deo, ut patebit cap. XXII; eos ergo tacite perstringit laxatque Christus, et utrumque eis faciendum edicit, quia « non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum, » Prov. XXI, 30.

23. IN ILLO DIE ACCESSERUNT AD EUM SADDUCEI (de quibus dixi cap. III, vers. 7), QUI DICUNT NON ESSE RESURRECTIONEM, ET INTERROGAVERUNT EUM. — Hi audierant Christum docere resurrectionem, ac per eam persuadere hominibus penitentiam et vitam sanctam. Oppugnant ergo eum hac questione, que eis pariter videbatur inextricabilis, ut Christum ejusque doctrinam confunderent, intrinsecum et evertant, per absurditatem que ex ea ipsis sequi videbatur.

24. DICENTES: MAGISTER, MOYSES DIXIT: SI QUIS MORTUUS FUERIT NON HABENS FILIUM, UT DUCAT FRATER EIUS UXOREM ILLIUS, ET SUSCIPIT SEMEN FRATRI SUO. — « Semen, » id est posteritatem, que filium (ita Syrus) qui scilicet nomine defuncti appelleretur, ut sic defunctus in eo quasi filio superesse et æternare videatur. Lex hæc habetur Deuter. XXV, 5, ubi eam explicui.

25. ERANT AUTEM APUD NOS SEPTEM FRATRES, ET PRIMUS, UXORE DUCTA, DEFUNCTUS EST; ET NON HABENS SEMEN, RELIQUIT UXOREM SUAM FRATRI SUO.

26. SIMILITER SECUNDUS, ET TERTIUS, USQUE AD SEPTIMUM.

27. NOVISSIME AUTEM OMNIUM ET MULIER DEFUNCTA EST.

28. IN RESURRECTIONE ERGO CUIUS ERIT DE SEPTEM UXOR? OMNES ENIM HABUERUNT EAM. — Sadducei putabant hæc questione Christum confundere. Si enim diceret mulierem hanc unius fore uxorem, ceteros fratres conceitasset ad iram et indignitatem, et ad lites perpetuas: non enim apparet

ratio, cur huic potius hæc uxor detur quam alteri. Primus enim ejus maritus, qui potius jus habere videbatur, illud per mortem perdidit: homine enim moriente, omnia ejus jura pariter eo quo moriuntur. Sin dixisset Christum uxorem hanc septem fratribus fore communem, eum ut doctrinae turpissimæ et publici incestus auctorem accusasset, *g. d.* Hæc absurda ex resurrectione sequuntur, si ea ponatur; ergo illa non est ponenda, nec asserenda, uti tu, o Christe, cum ponis et asseris. Ita isti homines putant se sapere cum summe desipiunt: quare hoc eorum telum velut aranæ telam verbo diffilat Christus, quo eis suam ignorantiam ostendit, addendo tertium membrum ab eis omissum utpote hominibus crassis et carnalibus inopinatum, scilicet quod vidua hæc in futuro sæculo nullius erit uxor.

29. RESPONDENS AUTEM JESUS AIT: ERRATIS, NESCIENTES SCRIPTURAS, — quæ crebro et clare resurrectionem astruunt, ut Job. xiv, 23, et II Machab. VII, 9 et sequent., et cap. XI, 44; Isaie xxvi, 19, et LXVI, 14; Ezech. xxxvii, 1 et 9; Daniel. xii, 12, et alibi.

NEQUE VIRTUTES DEI. — Græco θεοποιον, id est vim, robur, potentiam, *g. d.* Nescitis Deum esse omnipotentem, ideoque posse corpora mortua et incinerata ad vitam resuscitare, sicut eadem primitus ex nihilo creavit; major enim virtus requiritur ad aliquid creandum ex nihilo, quam ad resuscitandum ex mortuo. Ad vitam, inquam, spiritalem, gloriosam et æternam, ut instat angelorum vivant; Sadducei enim negabant Deum Deique potentiam et providentiam, ac consequenter animæ immortalitatem et corporum resurrectionem, ut patet Aetor. xxiii, 8. Tangit Christus duplicem erroris Sadduceorum radicem: prima est ignorantia Scripturarum, quæ clare docent resurrectionem; altera, ignorantia vel inconsideratio omnipotentie Dei, quæ faciebat, ut Scripturas resurrectionem astruentes de mystica a vitio ad virtutem resurrectione interpretarentur.

30. IN RESURRECTIONE (id est in futuro sæculo, ut explicat Lucas, xx, 33, puta in celo et caelestis beatitudine) ENIM; NEQUE NUBENT (scilicet viri), NEQUE NUBENTUR, — id est non dabuntur nuptii.

Græciz Interpres: Græco enim est, *οὐκ ἔσονται*, id est *neque dicunt uxorem, scilicet viri, nec dantur nuptii, scilicet femine.* Unde Interpres, in cap. XX Luc., 33, verit., « neque traduntur ad nuptias. » Femina enim que probe et verecunde sunt, non eligunt maritos, sed a parentibus dantur maritis, quo ipsi elegerint. Syrus: *neque accipiunt mulieres, neque uxores sunt viris.* Græcum enim *γαμῶν* tam viris quam mulieribus tribuitur, uti et Latinum *nubo* apud antiquos utrisque dabatur, teste Nonio Marcello et Terulliano, lib. De Resurrect. carnis. Proprie tamen uxori nubere dicitur, qui illi ser-

vit et ab ea quasi regitur. Hinc illud Martialis, lib. VIII, 10, ad Priscum:

Uxorem quare locupletem docere colim.
Quæris? avoti nubere nolo meo.
Interior matrona suo sit, Prisca, marito:
Non aliter flant femina virque pares.

SED ERUNT SICUT ANGELI (Syrus, *instar angelorum*) DEI IN COELO. — *g. d.* Beati post resurrectionem in celo erunt similes angelis, non quoad naturam; sed, primo, quoad puritatem; secundo, quoad vitam spirituales: vivunt enim cibo non corporali, sed spirituali; tertio, quoad incorruptionem et immortalitatem; quarto, quoad felicitatem et gloriam, in qua perennabant in omnem æternitatem æque ac angeli. Quocirca ibi non erit opus nuptiis et generatione, utnote que ad perpetuandam speciem et individuum non in se, sed per filium a natura adinvicem et institute sunt. Quia enim pater moritur, hinc generat filium, ut post mortem in filio quasi vivat et saperet sit. In celo autem neque morietur, sed quisque vivet et beabitur in æternum; frustra ergo ibi forent nuptiæ et procreatio filiorum. Unde Lucas, cap. xx, 36, subdit: « Neque enim ultra mori poterunt. » Apposite S. Augustinus in Quæst. Evang., ad hæc locum Luca: « Connubia, ait, sunt propter filios. Illi propter successionem, successio propter mortem: ibi ergo mors non est, neque connubia. » Addit Beda: « Etiam peccatores sine nuptiis erunt in sæculo illo, sed Dominus ut ad resurrectionis gloriam inquirendam animos excitaret, de electis tantum voluit facere sermonem. » Igitur sicut electi similes erunt angelis, sic reprobi similes erunt dæmonibus, qui cum sint spiritus, immortales erunt, sed in pena et gehenna, sicut angeli in gloria.

Subjicit Lucas: « Et sunt filii Dei, cum sint filii resurrectionis, » *g. d.* Beati resurrectionis tam corpore quam animo similes erunt Deo, puta spirituales, gloriosi, immortales et æterni sicut est Deus, tanquam filii ex resurrectione orti, et rursum nati procreantur ad vitam beatam et perpetuam; quare procreatione filiorum nec agebant, nec delectabantur: de quo plura Lucas xx, 33.

Ex hoc loco Auctor Imperfecti hic docet nullam virtutem esse tam angelicam quam castitatem, de hac enim hic ait Christus: « Erunt sicut angeli Dei: » hi enim nesciunt per experientiam quid sit libido. Et Cyrillus Hierosolymitanus, Catechesi 12: « Virginitatem vocat angelorum conversationem, et incorporeæ nature puritatem. » Unde S. Basilius, De Virginit., cap. LXXIX, docet virginitatem esse semen futuræ incorruptionis, imo virgines futuram illam in celo cum angelis similitudinem hic prævenire et inchoare; ejusque perfectionem in cælis donandam, assidua hic cum carne lucta et victoria promereri. Addit S. Basilius castitatem non tantum angelis,

Castitas
non solum
angeli
habent

sed et ipsi Deo assimilare, juxta id quod addit Lucas: « Et sunt filii Dei. » Magnum quid, ait S. Basilus, et preclarum est virginitas, quæ hominem incorruptibili Deo simillimum facit, ut similitudinem Dei in se velut in speculo mundissimo ab ipso Deo cum gratiis suis, in morem suavissimi radii influentem suscipiat. » Audi S. Basilium ulterius: « Et hi profecto, qui continentiam servant, angeli sunt, qui viventes in carne corruptibili mortalium vitam illustrando tenent. Sunt autem angeli non ex infimo quovis ordine, sed certe illustrissimi et nobilissimi. Illi enim carnis nexibus liberi integritatem suam in caelis servant, et loco et natura inviolabiles, et apud summum regem omnium Deum constituti. At vero illi in terra carnis illecebris et voluptatibus diu reluctantes, ac diaboli tentamenta perpetua exercitacione vincentes, incorruptionem angelicæ puritatis parem, virtute præcipua ante Creatoris oculos custodierunt. »

Elegantior et pie S. Bernardus, *epist.* 42: « Quid, ait, castitate decoratus, quæ mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, angelum denique de homine facit? Differt quidem inter se homo pudicus et angelus, sed felicitate non virtute. Sed et si illius castitas felicior, hujus tamen fortior esse cognoscitur. Sola est castitas, quæ in hoc mortalitatis loco et tempore statum quemdam immortalis glorie representat. Sola inter nuptiarum solemnem beatæ illius vindictæ regionis, in qua neque nubent, neque nubentur, præbens quodammodo in terris celestis jam illius conversacionis experientiam. » Idem, *serm.* 2, in illud: *Hæc est generatio quærenium Dominum*: « Quis, inquit, cælibem istam vitam, cælestem et angelicam dicere veatur? Aut quod in resurrectione futuri sunt omnes electi, quomodo non jam nunc estis sicut angeli Dei in cælo, a nuptiis penitus abstinentes? Amplectimini, fratres, pretiosissimam margaritam, amplectimini sanctimoniam vite, quæ vos efficit Sanctorum similes, et domesticos Dei, dicente Scriptura: *Incorruptio facit esse proximum Deo*, » *Sapient.* vi, 20. Vide ibi dicta.

Denique ex hoc loco S. Hilarius hic, et S. Athanasius, *serm.* 3 *Contra Arian.*; S. Basilus in *Psalm.* cxiv; S. Hieronymus, in cap. iv *ad Ephes.*, vers. 13, ex illo quod ibi dicitur: « Donec occurramus omnes, » etc., « in virum perfectum, » videtur assere post resurrectionem in cælo non fore sexum femineum, sicut non est angelis; quare omnes feminas commutandas fore in viros, et resurrecturas in sexu virili. Idem sua ætate multos sensisse testatur S. Augustinus, lib. xxii *De Civit.*, cap. xvii.

Verum contrarium ibidem docet ipse S. Augustinus, æque ac S. Chrysostomus hic, et Tertullianus, lib. *De Resurrect. carnis*; S. Hieronymus, *epist.* 61 *ad Pamach.*, contra errores Joannis Hierosolymitani, et passim Scholastici in IV, dis-

tingit. 44. Ratio a priori est, quia sexus femineus non est vitium, sed natura et naturalis conditio; unde erat etiam in statu innocentie, puta in paradiso. Eva enim mater viventium a Deo creata est femina, sicut Adam vir. In resurrectione autem eadem omnino natura in quolibet homine resurget, eadem, inquam, numero, sive in individuo: ad hoc autem nullum facit sexus diversitas et proprietas; ergo illa tunc remanebit, ne aliud individuum, et alius homo ab eo qui in hac vita fuit, resurgere videatur. Idem liquet ex eo quod ait hic Christus: « Non nubent, neque nubentur: » non nubent, scilicet viri; non nubentur, scilicet femina; igitur tunc erunt feminae æque ac viri sexu inter se discreti. Christus ergo non negat tum fore feminas, sed potius eas fore præsupponit, ita tamen ut sexu suo ad usum nuptiarum et generationem non utantur, ut recte advertit Beda. « Nemo enim dicit de rebus quæ non habent membra genitalia: Non nubent, neque nubentur, » ait S. Hieronymus; et hoc tantum volere Patres initio citati, qui contrarium dicere videntur. Tantum enim significare volunt, in cælo non fore sexuum diversitatem quoad usum, sed quoad substantiam eam non negant, imo fore præsupponunt. Plura hæc de re dixi *Ephes.* iv. 13.

31. DE RESURRECTIONE AUTEM MORTUORUM NON LEGISTIS QUOD DICTUM EST A DEO DICENTE VOBIS: — *Exodi* iii, 3. Vide ibi dicta.

32. EGO SUM DEUS ABRAHAM, ET DEUS ISAAC, ET DEUS JACOB? NON EST DEUS MORTUORUM, SED VIVENTUM. — Christus non contentus solvise Sadducæorum objectionem contra resurrectionem, insuper eandem illis probat ex dicto Dei ad Moysen: « Ego sum Deus Abraham, » etc. Licet enim potuisset clariora resurrectionis petere testimonia ex Job, Machabeis, Isaia, Ezechiele, Daniele, quæ citavi, vers. 29, maluit tamen hoc petere a Moysese et Pentateucho, quia hoc solum recipiebant Sadducæi, Prophetas vero respuebant. Ita Origenes, S. Hieronymus, Beda et alii. Unde Josephus, lib. xviii, cap. ii *de Sadducæis*, ait: « Nec quidquam præter legem servandum existimant; » licet ibi Josephus proprie videatur legem opponere traditionibus, non vero Prophetis, sed eos sub lege comprehendere; alioqui enim ipsi manifesti fuissent hæretici, et a Judeis omnibus explosi, ut notat Franciscus Lucas. Quare potior causa citationis videtur esse hæc, quod apud Judeos major et antiquior esset auctoritas Moysis quam Prophetarum; summa item veneratio Abraham, Isaac et Jacob Patriarcharum et patrurum suorum, quos proinde non esse mortuos, a apud Deum vivere, curamque posterorum suorum Hebræorum agere existimabant; unde nemo esse plane interitus ausus fuisset dicere.

Ego sum Deus Abraham, etc. — *Primo*, q. 4. Ego sum Deus qui glorior de Abraham, Isaac et Jacob quasi de sanctis Prophetis, fidelibus meis

amicis et cultoribus, quique fœdus cum eis inivi de danda eis (id est eorum posteris) terra Chanaan, pro quo ipsi in limbo Patrum degentes me assidue sollicitant, egoque illis fidem quam dedi, reipsa mox per Moysen et Josue præstabo: ita autem de eis non gloriarer nisi ipsi viverent, maxime ego qui sum Deus vivus et vivificans. Vivunt ergo ipsi secundum animam, ac consequenter secundum corpus in resurrectione vivent, idque brevi et cito, scilicet post paucos dies cum ego a morte resurgam, tunc enim et ipsos a morte suscitabo, et necum cum triumpho in celos traducam, *Matth.* cap. xxvii, 52.

Ubi nota Sadducæis et philosophos Epicureos negasse resurrectionem, eo quod negarent animæ immortalitatem; sunt enim hæc duo inter se connexa. Si enim anima est immortalis, cum illa naturaliter propendat ad corpus, cujus est forma, utique illud resurgat oportet: alioqui anima perpetuo existeret in statu violento, ac dimidiata quasi existentiam, vitam et subsistentiam duntaxat obtineret. Hæc de causa Christus hic; æque ac S. Paulus I *Corinth.*, cap. xv, et Auctor lib. II *Machab.*, cap. xliii, ex animarum immortalitate probant corporum resurrectionem.

Secundo, S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius et Irenæus, lib. IV, cap. xi: Abraham, inquit, Isaac et Jacob, non significant solas eorum animas, sed totos homines. Hi ergo, licet hominibus sint mortui, Deo tamen vivunt, et quasi dormiunt, quia brevi eos Deus a morte quasi a somno, excitabit ad vitam beatam et æternam. Unde Lucas, cap. xx, 28, explicans, addit: « Omnes enim vivunt ei, » scilicet Deo.

33. ET AUDIENTES TURBÆ, MIRABANTUR IN DOCTRINA EJUS, — tam clara, sancta et solida, qua summus eorum Rabbīnorum, Phariseos et Sadducæos erroris convincebat; ut contra hiscere non auderent.

34. PHARISEI AUTEM AUDIENTES QUOD SILENTIUM IMPOSUISSET SADDUCÆIS, CONVENERUNT IN UNUM, — ut eum de victoria a Sadducæis relata tumidum et elatum (ut ipsi putabant) deprimerent, ac ignorantiam Scripturarum quam ipse Sadducæis objecerat, in ipsummet retorquerent; sed stolidi homines contra stimulum calcitrant, ut semel victi a Christo, iterum turpius ab eo vincantur. Ipse enim est veritas et sapientia æterna, qui singulis suis inscitie tenebras revelat et ostendit.

35. ET INTERROGAVIT EUM UNUS EX HIS LEGIS DOCTOR, TENTANS EUM — Hic unum obtulit se Phariseis querentibus Jesum capere in sermone, dicens se in promptu habere questionem difficillimam, quam Jesu proponeret, ut ex ejus responsione tentaret quam Jesus esset peritus legis et Scripture, non tantum in speculativis, uti erat illa questio Sadducæorum de resurrectione, sed etiam in practicis; et ergo « tentans, » idem est quod probans et experimentum capiens: hic enim, licet fingeret coram Phariseis se velle Jesum irretire et capere, tamen in animo suo cu-

piebat experiri et audire quid Jesus ad questionem hæc tam difficilem, in qua ipse dubius hæretic, esset responsurus. Cupit ergo a Jesu doceri. Unde audiens Jesum respondere maximum mandatum esse dilectionis Dei et proximi, illico responsum hoc probavit et laudavit dicens: « Bene, Magister, in veritate dixisti, » etc. Unde « Jesus videns quod sapienter respondisset, dixit illi: non es longe a regno Dei, » scilicet a vera fide et gratia, quæ fideles ducit ad regnum celeste, *Marc.* xii, 34.

36. MAGISTER, QUOD EST MANDATUM MAGNUM IN LEGE? — Erat hæc questio, ait Beda in cap. xii, *Marc.* tempore Christi apud Judeos valde controversa: multi enim primum mandatum legis dicebant esse de sacrificiis et victimis Deo ex lege, *Levit.* cap. i et sequent., offendens; hisce enim proprie colitur Deus ut summus omnium Dominus. Unde propterea jubebat Pharisæi filiis, ut parentibus dicerent « corban, » id est, munus quo te alere destinabam, vovi Deo: illi ergo ipsum dandum est, non tibi, *Matth.* cap. xv, 6. Hinc et Legis doctor hic audito Christi responso de dilectione Dei et proximi, illam laudans, subjicit: « Diligere (Deum et) proximum tanquam seipsum, majus est omnibus holocaustis et sacrificiis, » *Marc.* xii, 33.

37. AIT ILLI JESUS: DILIGES DOMINUM DEUM TUUM ET IN TOTA CORDE TUO, ET IN TOTA ANIMA TUA, ET IN TOTA MENTE TUA. — Moyses, *Deuter.* vi, 5, et ex eo Marcus et Lucas addunt: « et in tota fortitudine tua; » Syrus, et in tota virtute tua, id est ex toto conatu cordis et mentis tuæ. Idem enim hic significat *cor, anima, mens*. Athiosius, ex tota virtute tua, et ex tota potentia quæ tibi; Persicus, ex tota nimitate mentis tuæ: hoc enim respondit Hebræo *meodecha*, *Deuter.* vi, 4, ut ibi dicit.

Nota contra Calvinum et hæreticos, hoc Dei preceptum cuius homini servatu esse possibile: non enim præcipitur hic totus vel summus amor Dei extensive aut intensive, sed tantum comparative, finaliter et appetitive. Diliges ergo Deum ex toto corde, sive ex tota anima et mente, idem est ac si dicat: « Diliges Deum ex tota voluntate tua, scilicet primo, comparative, ut nullam partem amoris tui des idolo, aut rei cuiquam Deo contrarie; secundo, finaliter, ut generatim velis Deum esse finem totum et ultimum omnium tuarum cogitationum, actionum et amorum, ipsumque ut summum bonum finemque ultimum rebus omnibus præferas et anteponas; ac consequenter, tertio, appetitive, ut nihil ita æstimes tantoque loco et pretio habeas, quanto habes Deum, ac proinde ut totum cor, id est voluntatem applices, ut tota et omnia ejus præcepta impleas, eoque per omnia obediās, etiam propterea opes, honores, famam, amicitiam vitamque ipsam perdere debeas. Unde quod hic dicitur: « ex toto corde, » alibi dicitur: « ex corde integro et per-

Diligas Deum ex toto corde tuo, et ex tota virtute tua, et ex tota potentia quæ tibi.

Primo.

Secundo.

Tercio.

An f...
nina in
suo vi-
tillimen-
gent?

Ver. 35.
Mar. xii.
35.
Interrogat Christus legem legis doctor de mandato magno.

fecto. » Hinc illud toties iteratum : « Cor ejus perfectum erat cum Deo; inessit in omnibus mandatis Domini; secutus est Dominum in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu ejus, » etc., III Reg. XIV, 8. Vide dicta Deuter. VI, 4, ubi fuse hoc præceptum expliciunt. Hoc est quod ait S. Bernardus, tract. De diligendo Deo : « Modus diligendi Deum, est diligere sine modo. » Immensa enim Dei bonitas immensum meretur amorem, ut sine fine, modo et mensura quasi immensè diligitur. Quocirca Victor Antiochenus in Marc. XVI, 32 : « Homo, inquit, tanto Dei amore flagrare debet, ut nihil prorsus in ullam animæ facultatem irrepere sinat, quod suam erga Deum dilectionem excludat aut diminuat, aut alio transferat; sed in omnibus illi soli magis magisque assidue placere satagat, nec alteri personæ aut rei create nisi propter Deum. »

38. HOC EST MAXIMUM ET PRIMUM MANDATUM. — Arabicus : Hoc est mandatorum primum maximum. Maxima enim virtus, et virtutum omnium regina est caritas, I Cor. XIII. Quare caritas nobilior est religione: nobilior enim est diligere Deum ex toto corde, quam eidem offerre sacrificia. Adde: caritas quasi regina imperat sacrificia, cæterosque religionis aliarumque virtutum actus. Denique amor, nobilissimus est affectus et actus qui præcellit timore, honore cæterisque omnibus, cujus præcellentiæ octo causas recensui, Deuter., cap. VI, 4.

39. SECUNDUM ACTEM SIMILE EST HINC: DILIGES PROXIMUM TUUM Sicut TEIPSUM. — Syrus, sicut animam tuam, id est sicut teipsum. « Secundum, » ordine non legislationis, multæ enim aiunt leges et præcepta ante hoc a Deo lata et sancita sunt, sed dignitatis et perfectionis, licet longe impar et inferior primo, quod est de diligendo Deo: Deus enim longe magis diligendus est, quam omnes angeli, homines et creaturæ universæ; sed post Deum, inter res creatas, præ omnibus diligendus est proximus. « Simile, » in dilectione et affectu, ejusque officiis et actibus. Sicut enim diligimus Deum, sic et proximum; imo ratio diligendi proximum est dilectio Dei; proximus enim diligimus propter Deum, quia scilicet Deus jubet nobis ut diligamus proximum tanquam sui imaginem.

Omittit hic Christus dilectionem sui ipsius, quia hæc omnibus insita est, et quasi naturalis, ut, si habeas erga alios charitatem, illam primo in teipsum exerceas. « Qui » enim « sibi nequam, cui bonus? » Unde illam hic Christus præsupponit, imo dilectionem sui statuit ideam et quasi mensuram dilectionis proximi, dicens: « Sicut teipsum: » amas et diligis. Unde S. Augustinus, lib. I De Poetria Christiana, cap. XXVII : « Non est hic, inquit, tui dilectio prætermissa: dicitur enim ut diligas proximum sicut teipsum. »

Primo ergo loco diligendus est Deus super omnia ex toto corde; secundo, propria persona, scilicet propria anima et corpus; tertio, proximus;

quare cum ait: « Diliges proximum tuum sicut teipsum, » sicut non æqualitatem, sed similitudinem dilectionis significat: magis enim nos ipsos quam proximum amare debemus, sed tamen similia his que nobis optamus, proximo optare et prestare debemus. Clat Levit. cap. XIX, vers. 18, ubi hanc legem expliciunt; quibus addæ Hebræum *רעה*, proprie socium significare. Noster tamen vertit, « proximum, » ut magnum cuique ingerat dilectionis stimulum, quia omnis homo, qui hic intelligitur, nobis est proximus et conjunctissimus, et quasi frater, tum creatione et natura, quia ab eodem Deo Patre creatus est homo; tum recreatione, quia ab eodem Patre Christo regeneratus est in Baptismo, ejusque corpore et sanguine alitur in Eucharistia, cæterisque Sacramentis, donis et gratiis assidue, æque ac alii, pascitur. Vide dicta Levit. XIX, 18.

Jubet ergo Deum diligere ex toto corde, proximum vero non ex toto corde, sed « sicut teipsum, » ut scilicet, primo, non te solum diligas et proximum negligas, quod suadet amor proprius ex natura peccato corrupta nobis insitus, sed amorem quo te diligis, ad proximum extendas. Secundo, ut, sicut te non fice ne frigidè, sed sincere et ardentè diligis, sic pariter diligas et proximum, atque bona corporis et animæ quæ tibi optas, optes et proximo. Hoc est quod dixit sanxitque Christus, cap. VII, 12: « Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis; » sive, quod Tobias moriens mandavit filio, cap. IV, 16: « Quod ab alio odes fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias: » Ea enim est regula dilectionis, » ait S. Augustinus, De vera Relig., cap. XLVI, « ut quæ homo vult sibi bona provenire, et proximo velit; et quæ sibi accidere mala non vult, et illi nolit. » Non vis tibi eripi opes, honorem, uxorem, vitam? nec tu illa aliis eripias. Vis eadem tibi dari et conservari? tu quoque eadem aliis dato et conservato.

40. IN HIS DUOBUS MANDATIS UNIVERSA LEX PENDET, ET PROPHETIA. — q. d. Omnia legis et Prophetiarum præcepta his duobus dilectionis Dei et proximi præceptis nituntur et fulciuntur, imo ex illis nascuntur et eliciuntur, sicut rami multi nascuntur pendenteque ex una arbore et radice; quare in his duobus summam continentur, sicut conclusiones continentur in suis principiis et præmissis: omnia enim præcepta comprehenduntur Decalogo. Decalogus autem non continet nisi præcepta de diligendo Deo et proximo: tria enim primæ tabulæ præcepta spectant ad dilectionem Dei, cætera vero septem secundæ tabulæ spectant ad dilectionem proximi, ait S. Augustinus, lib. VIII De Trinit., cap. VII. Quamobrem Apostolus, Rom. XIII, 8: « Qui, inquit, diligit proximum, legem implevit. Nam non adfueris, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Di-

Primum te diligens teipsum, teipsum, teipsum.

Secundo.

Vers. 42.
Luc. 22.
41, 36.
32, 35.

liges proximum tuum sicut teipsum. » Vide ibi dicta. Quocirca omnia misericordiæ cæterarumque virtutum naturalium et supernaturalium præcepta, referuntur ad hæc duo dilectionis Dei et proximi, in hisque continentur: nam præcepta fidei, spei, charitatis, religionis continentur in præcepto dilectionis Dei; præcepta vero justitiæ, veritatis, fidelitatis, amicitie, misericordiæ, gratitudinis, etc., continentur in præcepto dilectionis proximi. Significat ergo Christus hæc duo præcepta cuique semper in mente et ob oculos versari debere, ut ad ea omnes suas cogitationes, sermones et actiones dirigat, totamque vitam suam exigat et componat.

41. CONGREGATIS AUTEM PHARISEIS (in templo, ut patet ex Marc. XII, 35), INTERROGAVIT EOS JESUS. — Utitur hic Christus occasione Phariseorum se tentantium, et eos instruendos de Messie persona et dignitate, ut doceat eos malum retorquere in bonum, et tentationem convertere in instructionem, hypocrisin in doctrinam, maleficium in beneficium. Pharisei ergo « qui ad tentandum Jesum fuerant congregati, et veritatem fraudulentè interrogatione carpere nitentur, occasionem præbuerunt confutationis suæ, » ait S. Hieronymus. Deiecit ergo eos Messiam sive Christum non esse purum hominem, ut ipsi putabant, sed esse hominem Deum, sive subsistentem in persona divina Verbi. Unde non mirari debere, si ipse asserat se esse Filium Dei.

42. DICENS: QUID VOBIS VIDETUR DE CRISTO? (Messia vobis in lege promisso) CUIUS FILIUS EST? DICUNT EI, DAVID. — Dicere debuissent, Christus qua Deus, et Dei Filius, juxta illud: « Filius meus es tu: ego hodie genui te, » Psal. II; sed qua homo, est filius Davidis. Verum prius vel ignorabant, vel non credebant Pharisei: unde posterius tantum respondent, sed ex eo Christus prius quoque elicit et evincit. Petrus rogatus a Christo quem ipsum esse censeret, instinctus a Deo respondit: « Tu es Christus, Filius Dei vivi, » Matth. XVI. Sed hoc instinctu divino carebant Pharisei: unde non nisi humana sapientes, credebant Christum non nisi hominem esse.

Nota: Hæc paulo aliter narrat Lucas et Marcus; sed hi cum Mattheo conciliandi sunt, ut velint dicere Christum primo interrogasse Phariseos, cujus filius foret Christus; illi responderunt: Scribas, id est legis doctores, dicere Christum esse filium Davidis. Tum Christus subiecit: Quomodo Scribæ dicunt Christum esse filium Davidis, cum David eum vocet Dominum suum?

43. AIT ILLIS: QUOMODO ERGO DAVID IN SPIRITU (instinctus a Spiritu Sancto, ab eoque actus et impulsus, imo eo plenus: Spiritus Sanctus enim Psalmos dictavit Davidi, eorumque affectus et sensa viva ipsi indidit, ideoque non tam David in spiritu, quam Spiritus in Davide locutus est) VOCAT EUM DOMINUM? — Filius enim minor et junior est suo patre; quare non pater filium, sed

filius patrem vocare solet suum dominum, ut fit apud Italos aliasque gentes. Ex hoc loco confutantur Rabbinii moderni, qui hunc psalmum CIX, non de Messia et Christo, sed de Abrahamo, vel Davide, vel Ezechia interpretantur. Nam Pharisei et Scribæ tempore Christi intelligebant cum de Christo, censabantque psalmum hunc esse oraculum de Christo: alioqui enim statim responderent Christo, ipsum male prædicatum hunc de Messia citare et intelligere, cum intelligendus esset de Abrahamo, Davide aut Ezechia. Idem patet ex vers. 4 ejusdem psalmi: « Tecum principium (principatus: hoc enim est Hebr. *נבואה* *neboah*, et Græcum *ἀρχή*) in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum genui te. » Hoc enim nisi Christus competit. Denique Jonathan Chaldeus, R. Barachias, R. Levi ac veteres Rabbinii, teste R. Moysse et Genebrardo in Psal. CIX, illum non nisi de Christo intelligunt.

44. DICENS: DIXIT DOMINUS DOMINO MEO: SEDÆ A DEXTRIS MEIS, DOMEQ. PONAM INIMICOS TUOS SCABELLUM PEDUM TUORUM? — Ex hoc versu Psal. CIX, colligit evincitur Christus Messiam (qualem ipse erat) non esse purum hominem, ut credebant Pharisei, sed esse Deum, ac proinde Davidis Dominum. Sensus ergo est, q. d. David: « Dixit Dominus » Deus « Domino meo, » puta Christo: « Sedes a dextris meis, » cum scilicet post crucem, mortem et resurrectionem Christi, eum resuscitavit, et exaltavit super omnes potestates et principatus, atque primum sibi in celo constituit, ut regnet in summa felicitate, auctoritate, gloria et imperio in universas creaturas. Vide dicta Ephes. I, 20, et Coloss. III, 1, ubi fuse explicui, quid sit sedere Christum a dextris Dei.

Pro dicit Hebr. est *נבואה* *neva*, id est dictum, pronuntiatum, effatum, oraculum, decretum Domini de Christo Domino meo, idque fixum, certum et immutabile. Neque enim per metathesin idem est quod Amen, id est certo, fideliter, constanter futurum, ut fustus dixi I Timoth. I, 13, ad illa: « Fidelis sermo; » q. d. Deus Pater ab æterno certo, firmiter et inviolabiliter dixit, pronuntiat, decrevit de Christo filio suo, non qua Deus est, sed qua incarnatus et factus homo (hoc enim innuit Hebr. *אדוני* *Adoni*, id est « Domino meo » nam cum Deus significatur, dicitur *אדני* *Adnai*), qui titulo tum unionis hypostaticæ, tum redemptionis in cruce peractæ, omnium hominum, et consequenter meus, id est Davidis, est Dominus: dicitur, inquam, intrinse in mente sua ab æterno; exterius vero dixit, id est dicit in tempore ascensionis Christi, quando Christum eum triumpho scandenti in celum dicit: Veni, et sedes a dextris meis, id est mihi proximus, et in summa majestatis meæ gloria regna et triumphata. Ita S. Hieronymus et Theodoretus et alii ibidem. Psalmus enim ille CIX celebrat Christum regnum summum et amplissimum, tam in celo quam in terra, quo Christus post suam resurrectionem et

ascensionem, ex Sion et Jerusalem cepit regnare in omnes gentes, easque per Apostolos suæ fidei et cultui subijcere, donec omnes inimicos suos, id est omnes impios et improbos calcet et conterat in die iudicii.

DONEC PONAM INIMICOS TUOS SCABELLUM PEDUM TUORUM. — *g. d.* Regna mecum in omni gloria, usque ad diem iudicii, quando omnes inimicos, id est impios, tibi plane subijciam, ut eis quasi mancipiis domineris, imo eos calcas quasi scabellum pedum tuorum, quod signum est infimæ et vilissimæ servitutis. Unde Sapor, rex Persarum, Aurelianus Imperatorem a se bello captum fecit sibi scabellum: ascensuro enim in equum, Aurelianus dorsum suum, quasi scabellum per quod in equum conscenderet, Satori præbere debebat. Idem fecit Tamberlanus, Tartarorum Imperator, Bajazeti, Imperatori Turcarum, cum eum prælo vicisset et cepisset.

Tæ ergo « donec, » non significat finem, sed continuationem et amplificationem sessionis et regni, *g. d.* Regna mecum etiam, donec inimicos tuos tuis supponam pedibus, etiam tempore, quod tuo regno videtur oppositum et contrarium, etiam quando illi videbuntur regnare, etiam

antequam hostes tuos tuis pedibus substernam, tuoque libito subijciam, diabolo, morte, impiis, peccatis funditus eversis et extirpatis. Nempe inter medias cruces, persecutiones, impietates, motus et turbas Satane ac ministrorum ejus regna: nam de alio tempore non est dubium, quin regnet Christus. Ita Genebrardus. Sic sumitur « donec » *Matth. i.*, vers. ult., et alibi. Addit hoc Christus, ut tacite perstringat Phariseos suos inimicos, *g. d.* Vos, o Pharisei, me persequimini, imo me occiditis et crucifigitis, sed scitote quod tertia die resurgam, et quadragesima die ascendam in cælum, indeque iudex omnium hominum redibo, ac vos ceterosque infideles et impios inimicos meos condemnabo, calcabo et deprimam in tartara.

46. ET NEMO POTERAT EI RESPONDERE (SYTUS, *rationem reddere*) VERBUM (quia, ut dixi, credebant Messiam merum fore hominem), NEQUE ABSUS FUIT XII, 24.

« Conticuerunt igitur, ait S. Chrysostomus, lethali vulnere perforesi. » « Maluerunt enim, inquit S. Augustinus in *Psal. cix.* 1 et 2, inlata tacuitate dirumpi, quam humili confessione edoceri. »

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus primo jubet Judæis, ut Scribarum et Phariseorum doctrinam sequantur, sed non vitam et mores, ut ipse improbos, inhumanos, jactabundos et arrogantes. Secundo, vers. 13, vobis malitiosionis eis intentat, ob eorum hypocritism, avaritiam, superstitionem atque scelera quæ recenset. Tertio, vers. 32, prædicat ab eis occidendos suos fideles et Apostolos; ideoque Hierosolymam et Judæam extremam per Romanos excidium intentat.

Videtur hoc esse ultimum et cygnæum Christi oraculum, quo crucem et mortem sibi instantem præsigit, timo parat et ambit. Hac enim acri et libera vitiorum castigatione, adeo offendit Scribas et Phariseos, ut non jam verba, sed verbera ei pararent: unde post tres dies (hæc omnia enim acta et dicta sunt a Christo die martis post Dominicam Palmarum, ut dixi in Chronotaxi) eum ceperunt et crucifixerunt. Prævidebat hoc Christus, sed eorum malitia parcere noluit, nec debuit, sed eam acriter reprehendit, utpote legislator et morum censor a Deo in mundum missus, etiamsi sciret se propterea ab eis occidendum, quia mortem hanc pro salute hominum Deo Patri offerre desiderabat, ut hac ratione intra Dei providentia, quæ decreverat homines per Christi crucem salvare, in ipso et per ipsum impleteretur. Christi libertatem imitatus est S. Stephanus, qui acri sua reprehensione viam sibi stravit ad martyrium adeo exoptatum, Actor. vii.

1. Tunc Jesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos, 2. dicens: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisei. 3. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate et facite: secundum opera vero eorum nolite facere; dicunt enim, et non faciunt. 4. Alligant enim onera gravia et importabilia, et imponunt in humeros hominum: digito autem nolunt ea movere. 5. Omnia vero opera sua faciunt ut videantur ab hominibus; dilatant enim phylacteria sua, et magnificant fimbrias. 6. Amant autem primos recubitus in œenis, et primas cathedras in synagogis, 7. et salutationes in foro, et vocari ab hominibus

Rabbi. 8. Vos autem nolite vocari Rabbi; unus est enim Magister vester, omnes autem vos fratres estis. 9. Et patrem nolite vocare vobis super terram; unus est enim Pater vester, qui in cælis est. 10. Nec vocemini magistri, quia magister vester unus est, Christus. 11. Qui major est vestrum, erit minister vester. 12. Qui autem se exaltaverit, humiliabitur; et qui se humiliaverit, exaltabitur. 13. Væ autem vobis, Scribæ et Pharisei hypocritæ, qui clauditis regnum cælorum ante homines; vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. 14. Væ vobis, Scribæ et Pharisei hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. 15. Væ vobis, Scribæ et Pharisei hypocritæ, quia circuitis mare et aridam, ut faciatis unum proselytum; et cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos. 16. Væ vobis, duces cæci, qui dicitis: Quicumque juraverit per templum, nihil est; qui autem juraverit in auro templi, debet. 17. Stulti et cæci: quid enim majus est, aurum, an templum quod sanctificat aurum? 18. Et quicumque juraverit in altari, nihil est; quicumque autem juraverit in dono, quod est super illud, debet. 19. Cæci: quid enim majus est, donum, an altare quod sanctificat donum? 20. Qui ergo jurat in altari, jurat in eo et in omnibus quæ super illud sunt. 21. Et quicumque juraverit in templo, jurat in illo et in eo qui habitat in ipso; 22. et qui jurat in cælo, jurat in throno Dei et in eo qui sedet super eum. 23. Væ vobis, Scribæ et Pharisei hypocritæ, qui decimatis mentham, et anethum, et cyminum, et reliquistis quæ graviora sunt legis, iudicium, et misericordiam, et fidem: hæc oportuit facere, et illa non omittere. 24. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. 25. Væ vobis, Scribæ et Pharisei hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis et paropsidis, intus autem pleni estis rapina et immunditia. 26. Phariseæ cæce, munda prius quod intus est calicis et paropsidis, ut fiat id, quod deforis est, mundum. 27. Væ vobis, Scribæ et Pharisei hypocritæ, quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ aforis parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. 28. Sic et vos aforis quidem paretis hominibus justis, intus autem pleni estis hypocritæ et iniquitate. 29. Væ vobis, Scribæ et Pharisei hypocritæ, qui edificatis sepulcra Prophetarum, et ornatis monumenta justorum. 30. Et dicitis: Si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine Prophetarum. 31. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filii estis eorum qui Prophetas occiderunt. 32. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. 33. Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennæ? 34. Ideo ecce ego mitto ad vos Prophetas, et sapientes, et scribas, et ex illis occiditis, et crucifigitis, et ex eis flagellabitis in synagogis vestris, et persequimini de civitate in civitatem: 35. ut veniat super vos omnis sanguis justus qui effusus est super terram; a sanguine Abel justis, usque ad sanguinem Zachariæ, filii Barachia, quem occidistis inter templum et altare. 36. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. 37. Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluit? 38. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. 39. Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

1. Tunc Jesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos. — « Tunc, » scilicet, cum suis sapientissimis responsonibus, questionibus et parationibus jam sapiens confutasset Scribarum et Phariseorum errores et ignorantiam, etisque multos pullos probasset se esse Messiam, Dei Filium, etiam per miracula, ac cerneret Scribas iis adeo non moveri ad fidem in ipsum, ut potius irritarentur magis ad eum perdendum; « tunc, » inquam, effrontem eorum pervicaciam hæc efficaci et patheticæ oratione contudit, quæ externam et fictam sanetitiam eorum larvam, ne populus eam imitetur, detegit, ac latentem sub ea improbitatem ostendit, ut eam plebs devitet.